



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

273. Dominica 15. post Pentecost. De Fiducia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

486 *Dominica 15. post Pentecosten.*  
*simul, ac clausam.* Plenam docilitate, quam  
S. August. ser. 6. de Temp. Vocat *Magistram*  
*gentium*, Rupertus lib. 3. in Cant. *Magistram*  
*Religionis ac Fidei*. S. Brigitta in serm. An-  
gelico. c. 19 *Magistram Apostolorum*, S. Laur.  
Justin. serm. de Nativ. B. Virg. *Magistram*  
*virtutum*. S. Bernardus serm. 1. super Salve.  
*Scientiam scientiarum Sanctorum*. Plenam  
denique Fide, de qua ait Epiphanius, Orati-  
o de laud. Deip. quod sit *Mensa Fidei intel-*  
*lectualis panem vita mundo suppeditans*, & Hy-  
mnus Græcus ait eam *fulmen validum Fidei*  
*Conf. 2.* Penuriam meam harum virtutum.  
Revidebo proposita hujus hebdomadæ, &  
à Diva gratiam petam eadem observandi.

MEDITATIO CCLXXIII.

*Dominica 15. post Pentecosten.*  
*De Fiducia.*

**A**udiam Dominum meum Pietate plenif-  
simum suos ad fiduciam exhortantem:  
*Confidite, ego vici mundum.* Joann. 16. Petam  
inmitti ejus Benignitati.

*Conf. 1.* Fiducia est expectatio firma di-  
vini auxilij in omnibus necessitatibus no-  
stris, tam spiritualibus, quam temporalibus.

*Conf. 2.* Incitamenta ad eam. 1. Benignita-  
tem Dei omnia creantis, providentis, eri-  
pientisque à tribulatione Job, Daniel, Jo-  
seph.

*Dominica 15. post Pentecosten. 487*

seph. 2. Fiducia nos roborat, & invincibiles facit, & ipsa impetrat à Deo quidquid nobis expedit. 3. Excitat fiduciam puritas cordis.

*Conf.* 3. Actiones ejus. 1. Deum in omnibus nostris negotijs præsentem, & adjuvantem advertere. 2. In necessitate Dei & Sanctorum auxilium exposcere. 3. Pro certo habere orationes nostras exaudiendas, si utilia poscimus. 4. Si Dominus auxilium distulerit, non desperare. 5. In eventibus contrarijs, desiderio nostro nullo modo confidentiam deponere. 6. Vitæ puritate nos ad divinas inspirationes, quibus fiducia creatur, exhibere. 7. Recurrere ad panem vitæ, qui ait nobiscum se esse usque ad consummationem seculi collocando me in loco novissimo, imò spiritualiter mastando: quia *neesse est, ut cetera hæc agimus* (Eucharistiam frequentamus) *nosmet ipsos Deo in cordis contritione mastemus.* Ita D. Greg. lib. 4. dialog. cap. 59.

MEDITATIO CCLXXIV.

Feria 2. Domin. 15. post Pentecost.

*De Fortitudine.*

**A**spiciam Dominum IESUM inter leones & tauros pingues impavidum Fortitudinis exemplar. Petam eum imitari.

*Conf.* 1. Virtus Fortitudinis appetitum irascibilem moderatur, quâ labores, mortis-

X 4 que